Lettres du Roy

Par lesquelles il accorde aux habitans de la Ville de Carcassonne que ceux de lad. ville qui seront condamnez a mort ou autre peine afflictive leurs biens ne seront confisquez que dans les cas ou il s'agira de crime de fausse monoye.

En 1364.

Notum facimus quod nos ad humilem supplicationem Consulum universitatis burgi Carcassone, attendentes eorum fidelitatem et obedientiam quam habent et semper habuerunt erga

Tresor Reg. 21. f.° 224.

nostre et Coronam franciae attentis
que gratuitis servitiis per ipsos
Consules ac universitatem nobis
et predecessoribus nostris Regibus
franciae diversi modo impensis et
que de die impendere non desinunt
~~et~~ toto posse eisdem Consulibus
ac universitati et habitatoribus
Burgi Castrasonae presentibus
et futuris Concessimus et conce=
=dimus per presentes de nostra
certa scientia et gratia speciali
quod si aliquis de habitatoribus
dicti loci presentes atque futuri
ex quocumque crimine ad mortem
vel mutilationem membri seu ad
exilium perpetuum Condemnatus fuerit

quod propter hoc bona talium nullatenus Confiscentur, sed quod heredibus liberis seu propinquioribus dicti Condemnati si extent bona ipsa integrali ac libere remaneant et reuertantur, et nisi extent quod idem Condemnatus de bonis ipsis valeat ordinare pro suae libito voluntatis, ut successores sui qui non decedunt intestati [illegible] iura scripta quibus patria illa regitur volunt, exceptis tamen et retentis bonis illorum qui propter Crimen laesae Majestatis haeresis vel falsae monetae seu aliud Crimen a iure exceptum fuerint quomodolibet Condemnati.

Mandantes Senescallo Vicario que et judici nostro Carcassonae

vel locum loca tenentibus et

Cuilibet ipsorum in solidum Com-
-mittentes quatenus Consules et

universitatem predictam et singulares

ac habitatores ejusdem presentes

et futuros nostra presenti gratia

uti et gaudere faciant et

permittant

Quod ut firmum et stabile

perpetuo perseveret in futurum

nostrum presentibus litteris fecimus

apponi sigillum.

Salvo in aliis jure nostro et in

omnibus quolibet alieno.

Datum Parisius anno Domini

Millesimo trecentesimo sexagesimo

quarto.

Per Regem in suo Consilio.

Gontier?

ADMINISTRATION ... ARCHIVES